DE VOCIBUS QUIBUSDAM PUBLICI IURIS ATTICI.

(Ἀποχειροτονία, Διαχειροτονία, Ἐπιχειροτονία, Καταχειροτονία, Προχειροτονία).

Inaugural-Dissertation

verfaßt und der

Hohen Philosophischen Fakultät, Sektion I,

der

Kgl. Ludwig-Maximilians-Universität in München

zur

Erlangung der Doktorwürde

im Februar 1904

vorgelegt von

Michael Rost

aus Frickenhausen a. Main.

MÜNCHEN.

BUCHDRUCKEREI VON J. B. LINDL.

1905.

DE VOCIBUS QUIBUSDAM PUBLICI IURIS ATTICI.

(Ἀποχειροτονία, Διαχειροτονία, Ἐπιχειροτονία, Καταχειροτονία, Προχειροτονία).

Inaugural-Dissertation

verfaßt und der

Hohen Philosophischen Fakultät, Sektion I,

der

Kgl. Ludwig-Maximilians-Universität in München

zur

Erlangung der Doktorwürde

im Februar 1904

vorgelegt von

Michael Rost
aus Frickenhausen a. Main.

ACAD. LUDOVIC. BAT. BIBL.

MÜNCHEN.
BUCHDRUCKEREI VON J. B. LINDL.
1905.

Digitized by the Internet Archive
in 2026

https://archive.org/details/IA41549027_0197

Summa in Atheniensium republica potestas erat posita in populo, qui eam exercebat in comitiis, quae Graece appellantur '*ἐκκλησίαι*'. Ex Aristotelis libro, qui inscribitur *πολιτεία Ἀθηναίων* (43/$_{4,5}$) cognoscimus negotia a populo peragenda per quattuor concilia, in unaquaque prytania habenda, esse divisa, quorum prima quaeque '*κυρία ἐκκλησία*' sunt appellata.

Hic ordo a Clisthene institutus esse videtur. Quot Solonis temporibus iusta concilia sint habita anno vertente, non satis constat. Ex Clisthenis autem temporibus populus conveniebat decies in anno ad, ut Graecis verbis utar, '*κυρίας ἐκκλησίας*', in quibus aut magistratus suos ipse eligebat et creabat idemque illis munera abrogabat, si rei publicae rationibus consulere non videbantur, aut de novis legibus ferendis aut de ratis legibus abrogandis decernebat patriaeque saluti prospiciebat et multas alias res tractabat. Sed praeter hanc '*κυρίαν ἐκκλησίαν*' terna alia in quaque prytania populi habebantur iusta concilia, quorum in uno de rogationibus, in altero et in tertio de rebus diversis, ut de sacris, agebatur ac de legationibus, quae ab externis civitatibus missae erant. Unde facile intellegere possumus omnes res, quae aliquo modo ad rem publicam pertinebant, a populo esse diiudicatas, qui in comitiis sententiam suam aperiebat manus tollendo, quod Graece dicitur *χειροτονεῖν*. Hoc autem ipsum, quod quisque spectaverit suffragium ferens, significatur eis verbis, quae praepositionibus subiuncta ex *χειροτονεῖν* finguntur, ut *ἀπο-, ἐπι-, δια-, κατα-, προχειροτονεῖν*, quo accedunt *ἐγ-* et *ἀντιχειροτονεῖν*, quandoquidem Graecus sermo ad componenda verba facillimus est. —

Illarum autem, de quibus agendum est, vocum ea, quae potissimum in controversiam cadit, est '*προχειροτονία*', cum propter exiguum numerum locorum, qui nobis sunt traditi, campus sit,

in quo late vagari possunt opiniones. De reliquorum autem verborum significatione nulla fere est controversia, quia eorum significatio multis locis et litteris traditis perspicua est. Gravissimus auctor in illis verbis explicandis Demosthenes est, cuius in orationibus de *ἀπο-, δια-, ἐπι-, καταχειροτονίας* vi ac potestate docemur, — apud ceteros oratores illorum temporum et apud rerum scriptores et in inscriptionibus Graecis pauca reperiuntur, quae ad hanc quaestionem pertinent. —

I. Ἀποχειροτονία et Ἀποχειροτονεῖν.

Horum verborum vis minime in controversiam adduci potest, quod certos auctores habemus.

Priusquam omnes Atheniensium magistratus, et sorte electi et a populo creati, munera inirent, spectabatur, num digni essent. Quae probatio a senatu fieri solebat et *δοκιμασία* appellabatur[1]). Si quis non idoneus videbatur ad munus administrandum, repudiabatur a re publica, id est *ἀπεδοκιμάσθη*. Pro hoc nomine Aristoteles usurpat bis *ἀποχειροτονεῖν* (*Ἀθ. πολ.* 49) *δοκιμάζει* (sc. *ἡ βουλὴ*) *δὲ καὶ τοὺς προ[δρόμους, ὅσοι ἂν ἀ]υτῇ δοκῶσιν ἐπιτήδειοι προδρομεύειν εἶναι, κἄν τιν' ἀποχειροτονήσῃ, καταβέβηκεν οὗτος· δοκιμάζει δὲ καὶ τοὺς ἀμίππους, κἄντιν' ἀποχειροτονήσῃ, πέπαυται μισθοφορῶν οὗτος.* —

Altera '*ἀποχειροτονίας*' vis omnibus notior est, ubi hoc nomine appellatur magistratuum illorum dimissio, qui in administrandis muneribus delicta commiserint. Populus enim, qui magistratus suos ipse creat, observat quoque illos, dum muneribus funguntur, idemque potestatem habet magistratus, qui re publica parum digni videntur, removendi et legum poenis obligandi. Quod populi munus appellatur *ἀποχειροτονία τῶν ἀρχῶν*. Primum audiamus, quae Pollux in Onomastico (lib. VIII, 95) de '*ἀποχειροτονία*' affert:

τὸν δὲ δῆμον (συνάγουσιν οἱ πρυτάνεις) τετράκις ἑκάστης πρυτανείας καὶ προγράφουσι πρὸ τῆς ἐκκλησίας, ὑπὲρ ὧν δεῖ χρηματίζειν, τῶν δ' ἐκκλησιῶν ἡ μὲν κυρία, ἐν ᾗ τὰς ἀρχὰς ἐπιχειροτονοῦσιν, εἴπερ καλῶς ἄρχουσιν, ἡ ἀποχειροτονοῦσιν.[2])

In comitiis igitur illis, quae prima in unaquaque prytania sunt habita, quae appellantur '*κύριαι ἐκκλησίαι*', ab archontibus inter-

---

[1]) cf. Fränkel, die attischen Geschworenengerichte p. 28 sq. — Busolt, Altertümer IV, 1 p. 153.)

[2]) Accuratius Pollucis testimonium affertur in Aristotelis 're publica Atheniensium' c. 43, § 3—6, quod commemoravi pag. 12.

rogandum erat, num quis in magistratum aliquem querimoniam deferre vellet. Deinde accusatione ad populum facta argumentisque confirmata ei, qui accusatus erat, munus abrogabatur et corona quasi potestatis insigne adimebatur aut accusatione improbata denuo ille quasi in munere constituebatur. Illud testimonio Demosthenis confirmatur in oratione contra Aristogitonem[3]) pag. 802, 3: *τοῦτο μὲν γὰρ ὅταν ἀποχειροτονηθῶσί τινες τῶν ἐν ταῖς ἀρχαῖς, παραχρῆμα πέπαυνται ἄρχοντες καὶ τοὺς στεφάνους περιῄρηνται,* — hoc ab auctore Aristotele in *Ἀθην. πολ.* 61, 2: *κἂν μὲν ἁλῷ, τιμῶσιν ὅτι χρῆ παθεῖν ἢ ἀποτεῖσαι, ἂν δ' ἀποφύγῃ, πάλιν ἄρχει.*

Causa autem, qua quis cogebatur magistratu abire, esse poterat quidquid populo alienum videbatur a magistratus dignitate aut a rei publicae salute, ut Demosthenes in oratione contra Timotheum[4]) testatur pag. 1187, 3: *ἐπειδὴ δ' ἀπεχειροτονήθη μὲν ὑφ' ὑμῶν στρατηγὸς διὰ τὸ μὴ περιπλεῦσαι Πελοπόννησον, ἐπὶ κρίσει δὲ παρεδέδοτο εἰς τὸν δῆμον αἰτίας τῆς μεγίστης τυχών.* Primum igitur illi imperium abrogabatur, deinde populi iudicio ille tradebatur.[5]) Alio quoque loco in oratione adversus Polyclem[6]) Demosthenes narrat (pag. 1210, 7) imperatorem imperio esse privatum et ei successorem missum. *προσταχθέν μοι ὑπὸ τοῦ δήμου Μένωνα τὸν στρατηγὸν ἄγειν εἰς Ἑλλήσποντον ἀντὶ Ἀντικλέους ἀποχειροτονηθέντος.* pag. 1380, 17 idem refert omnes thesmothetas magistratum deponere coactos esse: *οὐ διὰ μὲν τὴν τούτου πονηρίαν ἀδελφὸς αὐτοῦ θεσμοθετῶν καὶ τούτῳ χρώμενος συμβούλῳ τοιοῦτος ἔδοξε παρ' ὑμῖν ἄνθρωπος εἶναι, ὥστ' οὐ μόνον αὐτὸς ἀπεχειροτονήθη τῶν ἐπιχειροτονιῶν οὐσῶν . . . .* et alio loco (1330, 28) *πάντας γὰρ ἴστε τοὺς ἐπὶ Λυκίσκου ἄρχοντος θεσμοθέτας ἀποχειροτονηθέντας ἐν τῷ δήμῳ . . . .*, quod unus ex illorum collegio fratris consilio usus erat. Et paulo post legimus: *οὐ πολλῷ τοίνυν χρόνῳ ὕστερον τῆς ἀποχειροτονίας τελευτήσαντος αὐτῷ τοῦ ἀδελφοῦ βιαίῳ θανάτῳ.*

Sed is, qui culpam commiserat, non solum a rei publicae administratione removebatur, sed etiam iudicibus traditus aut pe-

---

[3]) Hanc orationem a Demosthene conscriptam esse multi negant, inter alios Westermannius et Blassius (Blass, Att. Beredsamkeit III, 1 p. 409.)

[4]) Hanc orationem Demosthenis esse nemo fere putat. (Blass, Att. Beredsamkeit III, 1 p. 524.)

[5]) vide Fränkel, die Att. Geschworenengerichte p. 32 sq.

[6]) Etiam hanc orationem Blassius non ad Demosthenem refert.

cunia multari aut aliis poenis affici poterat. Pollux illo loco, quo de thesmothetarum munere refert, dicit: *τὸν ἀποχειροτονηθέντα κρίνουσι* et suffragiis civium condemnatum iudicant. — Poenae exemplum Demosthenes affert pag. 676, 10: *καὶ πρότερον προσκαθήμενος τὸν ὑμέτερον στρατηγὸν ἔπεισε (Ἀριστοκράτης) καὶ ἠνάγκασε μὴ τὰ βέλτισθ' ὑπὲρ ὑμῶν πράττειν κ. τ. λ., ὥστ' ἀπεχειροτονήσατε μὲν τὸν στρατηγόν, πέντε ταλάντοις δ' ἐζημιώσατε, τρεῖς δὲ μόναι ψῆφοι διήνεγκον τὸ μὴ θανάτου τιμῆσαι.*

Populus hoc tantum iudicat, utrum magistratus in honore remaneat necne, puniendum autem illum iudicibus tradit, qui erant thesmothetae. —

Idem verbum consimiliter atque in '*ἐπιχειροτονία τῶν ἀρχῶν*' cognovimus, usurpatur et dicitur in *ἐπιχειροτονία τῶν νόμων*, in qua *ἀποχειροτονεῖν* significat: legem abrogare.

De quo quaerebatur quodque aliquis promulgasset censuissetve, id populus *ἐπιχειροτονεῖν* aut *ἀποχειροτονεῖν*, id est velle, iubere aut vetare solebat. Dicebatur autem haec cognitio et hoc iudicium populi de iis, quae relata essent, communi nomine: *ἐπιχειροτονία*, iubendi quidem prior, vetandi vero posterior ut plane dicitur in lege, quae recitatur in oratione contra Timocratem habita: hoc quodam modo *ἐπιχειροτονία* populi de legibus fiat prior quae iubeat, posterior quae vetet[7]). — Quod si quae leges *ἀποχειροτονηθῶσι* id est improbatae et antiquatae fuerint, *πρυτάνεις* (id est praefecti consilio), rogant de antiquatis ultimam ex tribus contionem. Verba eius sunt (p. 706): *ἐὰν δέ τινες τῶν νόμων τῶν κειμένων ἀποχειροτονηθῶσι, τοὺς πρυτάνεις, ἐφ' ὧν ἂν ἡ ἐπιχειροτονία γένηται, ποιεῖν τῶν ἀποχειροτονηθέντων τὴν τελευταίαν τῶν τριῶν ἐκκλησιῶν.* Haec '*ἐπιχειροτονία νόμων*' semel in anno instituta est, undecimo die sextae prytaniae.

Interdum accusativum habet sequente praepositione *ἀπό*, ut apud Dinarchum contra Philoclem (§ 16) legimus: *καὶ ὁ μὲν δῆμος ἅπας ἀπεχειροτόνησεν αὐτὸν ἀπὸ τῆς τῶν ἐφήβων ἐπιμελείας, οὔτ' ἀσφαλὲς οὔτε δίκαιον νομίζων εἶναι παρακαταθέσθαι τοὺς ἑαυτοῦ παῖδας.* Sic *ἀποχειροτονία* non solum est antiquatio, quae fit suffragiis, ipsa actio antiquandi aliquid aut improbandi ferendo suffragio (ut in loco quem ex Demosthenis oratione contra Timocratem attuli),

[7]) Id quod diligentius explicatur sub *ἐπιχειροτονία* (pag. 14 sq.)

sed etiam abrogatio. Quomodo autem *ἀποχειροτονία* magistratuum et legum sit facta, accuratius explicabitur sub *ἐπιχειροτονία*. Postremum afferatur, quod Photius in 'Bibliotheca' (rec. Bekker) sub *ἀποχειροτονία* dicit: *ἀποχειροτονία ἐγένετο οὕτως· ὅτῳ μὴ δοκεῖ ἀδικεῖν Μειδίας, ἀράτω τὴν χεῖρα· καὶ ἐξέτεινόν τινες καὶ ἐκαλεῖτο τοῦτο ἀποχειροτονία.*

Cum in his locis, quos attulimus et ad quos accedunt ex Demosthenis orationibus pag. 727, 11: *τίς γὰρ οὐ ποριεῖται φαύλους ἀνθρώπους, οὓς ὅταν ὑμεῖς ἀποχειροτονήσητ' ἀπηλλάξεται;* et pag. 676, 14: *καὶ γὰρ ἐκρίνεσθ' ὑμεῖς κἀπεχειροτονεῖτε καὶ ὠργίζεσθε* — vocabulum *ἀποχειροτονεῖν* augustius valeat, latius patet apud Isaeum in oratione de Philectemonis hereditate habita (§ 44), ubi non iam in populi suffragiis, sed etiam in iudicibus usurpatur: *οὕτως ἀπεχειροτόνησαν οἱ δικασταὶ μὴ μισθοῦν τοὺς οἴκους*: quo facto iudices elocationem bonorum reprehendebant. — Alia constructione apud eundem legimus (§ 45): *νῦν δὲ ἀποχειροτονησάντων τῶν δικαστῶν ὡς οὐδὲν αὐτοῖς προσῆκεν, οὐδὲ ἀμφισβητῆσαι τετολμήκασιν, ἀλλὰ πρὸς ὑπερβολὴν ἀναισχυντίας προσμεμαρτυρήκασι· τούτους εἶναι κληρονόμους, οὓς ὑμεῖς ἀπεχειροτονήσατε*: nunc autem quamquam iudices 'declaraverunt' etc., testati sunt hos pueros Euctemonis esse heredes, quos iudices reprobassent. —

Item similiter ac 'reicere' Demosthenes utitur isto verbo pag. 727, 21 *οὐδ' ἂν ἀποχειροτονήσηθ' ὑμεῖς ἐγγυητάς*: praedes aspernari, 'non accipere' significat hoc loco *ἀποχειροτονεῖν*. Alio loco idem dicit (pag. 678, 1) *ἀκούσαντες δ' ὑμεῖς ταῦτα ἀπεχειροτονήσατε καὶ ταύτας πάλιν τὰς συνθήκας καὶ ψηφίσασθε ψήφισμα*, ubi eadem sententia subiecta est quam supra cognovimus: reicere, non accipere pacta.

Praeterea ab Aristophane dicitur in 'Pace' comoedia (v. 665 s.): *ἐλθοῦσά φησιν αὐτομάτη μετὰ τἀν Πύλῳ σπονδῶν φέρουσα τῇ πόλει κίστην πλέαν ἀποχειροτονηθῆναι τοὶς ἐν τῇκκλησίᾳ*. Pax enim illo loco per Hermem adversus Trygaeum queritur, quod cum cista plena pactorum venerit terque in populi contione repulsam tulerit. — Longe alia autem sententia ac quam supra cognovimus, vocabulis *ἀποχειροτονία* et *ἀποχειροτονεῖν* subiecta est in loco quodam Demosthenis orationis in Midiam habitae, quo idem valet, quod plebiscito absolvo; legimus enim pag. 583, 7: *εἰ γὰρ, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τόθ' ὅτε ἦν ἡ προβολὴ, τὰ πεπραγμένα ἀκούσας ὁ δῆμος ἀπεχειροτόνησε Μειδίου, οὐκ ἂν ὁμοίως ἦν δεινόν.* Midiam autem in

illa contione, in qua *προβολὴ* facta est, populi suffragiis condemnatum esse constat, hoc loco igitur *ἀποχειροτονεῖν* oppositum est *καταχειροτονία*, et eius vis est: absolvere.[8])

Si igitur ex eis, quae supra exposuimus, notiones '*ἀποχειροτονίᾳ*' subiectas paucis complectimur, haec quaestionis summa est: primum huic voci oppositum est '*ἐπιχειροτονία*', et *ἀποχειροτονία* et *ἀποχειροτονεῖν* in illis locis significant: in suffragii latione, quae fit per manus porrectas, aliquid reicere sive leges aut etiam pacta, sive magistratus aut praedes, sic *ἀποχειροτονῶ* dicitur quasi *ἀποδοκιμάζω*, suffragio meo improbo aut etiam veto, abrogo.

Contra autem valet *ἀποχειροτονία*, cum huic voci oppositum est *καταχειροτονία*, ubi hanc vim habet: aliquem, cuius nomen delatum est ad populi iudicium, in illa actione, quae Graece appellatur *προβολή*, absolvere aut *ἀποψηφίζεσθαι*. — Dilucide quattuor *ἀποχειροτονίας* notiones enumerantur a Thalheimio in Pauly-Wissowa's Real-Encyclop. I, 2 S. 2818.

II. Διαχειροτονία et διαχειροτονεῖν,

quorum notionem accurate cognoscemus ex eis locis, quibus haec vocabula litteris traduntur, ut in Demosthenis oratione in Euergum[9]) (pag. 1152, 8) legimus: *γενομένης τῆς κρίσεως τῷ Θεοφήμῳ ἐν τῇ βουλῇ κατὰ τὴν εἰσαγγελίαν, ἣν εἰσήγγειλα καὶ ἀποδοθέντος λόγου ἑκατέρῳ καὶ κρύβδην διαψηφισαμένων τῶν βουλευτῶν ἑάλω ἐν τῷ βουλευτηρίῳ καὶ ἔδοξεν ἀδικεῖν καὶ ἐπειδὴ ἐν τῷ διαχειροτονεῖν ἦν ἡ βουλή, πότερα δικαστηρίῳ παραδοίη ἢ ζημιώσειε ταῖς πεντακοσίαις, ὅσου ἦν κυρία κατὰ τὸν νόμον κ. τ. λ.*: et quidem cum disceptatio in curia proposita esset suffragiumque de ea re ferendum, utrum ad iudicium reiciendum esset hoc crimen an potius quingentis drachmis reum damnarent. Hoc loco quid sit '*διαχειροτονία*', plane est dictum. Complectitur enim duplicem suffragii lationem, quod significatur per *πότερα . . ἢ . . . .*

Hoc confirmatur aliis in Demosthenis orationibus locis ut pag. 594, 27: *ταῦτ' ἐπήρετο ὁ ἐπιστάτης, διεχειροτόνησεν ὁ δῆμος, ἔδοξεν . .* rogatio enim erat lata, ut senatui corona aurea donaretur: primum

[8]) Plura vide sub *καταχειροτονία*.

[9]) Consensu omnium haec oratio non est a Demosthene conscripta. (Blass, Att. Bereds. III, 1.)

igitur rogabatur, utrum corona illi esset danda, iterum autem, quis senatores non existimaret dignos illo honore, ut dilucide est explicatum in eadem oratione pag. 596, 4: *ἔστι δὲ πρὸς ταῦτ' οὐ χαλεπὸν τὰ δίκαι' ὑμῖν ἀντειπεῖν, ὅτι πρῶτον μὲν οἱ προεδρεύοντες τῆς βουλῆς καὶ ὁ (μὲν) ταῦτ ἐπιψηφίζων ἐπιστάτης ἠρώτων καὶ διαχειροτονίαν ἐδίδοσαν, ὅτῳ δοκεῖ δωρεᾶς ἀξίως ἡ βουλὴ βεβουλευκέναι καὶ ὅτῳ μή.*

Dicitur autem hoc loco, ut in aliis quoque, *διαχειροτονίαν διδόναι* pro eo, quod est: populum in suffragium mittere sive rem, de qua consulitur, populi suffragiis permittere, ut dicitur in Aeschinis oratione contra Ctesiphontem habita (§ 39): *τὸν δ' ἐπιστάτην τῶν προέδρων διαχειροτονίαν διδόναι τῷ δήμῳ.*

Item similiter utitur illo verbo Demosthenes pag. 707, 24: *καὶ πρῶτον μὲν ἐφ' ὑμῖν ἐποίησαν διαχειροτονίαν, πότερον εἰσοιστέος ἐστὶν νόμος καινὸς ἢ δοκοῦσιν ἀρκεῖν οἱ κείμενοι*-leges hanc disceptationem arbitrii nostri fecerunt, utrum lex nova sit ferenda an iam leges latae sufficiant. Hanc igitur *διαχειροτονίαν* duplicem suffragii lationem fuisse necesse est, in qua prima erat interrogatio: *πότερον εἰσοιστέος ἐστὶν νόμος καινὸς*, secunda autem: *ἢ δοκοῦσιν ἀρκεῖν οἱ κείμενοι.*

Eandem vim ac notionem huius verbi cognoscemus in ceteris locis, ut in Demosthenis oratione contra Neaeram[10]) habita legimus (pag. 1346, 16): *ἔγραψε ψήφισμα ἐν τῇ βουλῇ Ἀπολλόδωρος βουλεύων καὶ ἐξήνεγκε προβούλευμα εἰς τὸν δῆμον, λέγον διαχειροτονῆσαι τὸν δῆμον, εἴτε δοκεῖ τὰ περιόντα χρήματα τῆς διοικήσεως στρατιωτικὰ εἶναι εἴτε θεωρικά* et paulo post dicitur: *γενομένης γὰρ τῆς διαχειροτονίας οὐδεὶς ἀντεχειροτόνησεν*, unde apparet, cum iterum interrogatum esset: *εἴτε θεωρικὰ εἶναι δοκεῖ*, neminem manum sustulisse. —

Praeterea in Platonis 'Legibus' (VI. 755 D) de praetorum creatione scribitur: Si cui unus eorum, qui non sunt commmendati, melior videatur quam unus ex commendatis, is hoc ipsum iureiurando confirmans hunc commendato. *ὁπότερος δ' ἂν δόξῃ διαχειροτονούμενος, εἰς τὴν αἵρεσιν ἐγκρινέσθω* . . . utercunque autem melior visus fuerit suffragii latione facta, is ad creationem admittitur. Afferen-

[10]) Omnes consentiunt Demosthenem hanc orationem non scripsisse. (Blass III, 1, p. 535.)

dum est e Xenophontis 'Hellenicis': *τούτων δὲ διαχειροτονουμένων·* cum suffragium inirent, cum sententia de hac re diceretur (I. 7, 34). Eodem loco sequitur paulo post: *ὑπομοσαμένου δὲ Μενεκλέους καὶ πάλιν διαχειροτονίας γενομένης . .*, ubi eandem habet significationem, quam supra demonstravimus quaeque cognoscenda est in Decreto ad Methonaeos pertinente (in Sylloge Inscriptionum Graecarum I 33, 5): *. ιοπείθης εἶπε· δι[α]χειροτονῆσαι τὸν δῆμον αὐτίκ[α πρὸς Μ]εθωναίους εἴτε φόρον δοκεῖ τάττειν τὸν δῆμο[ν αὐτίκ]α μάλα ἢ ἐξαρκεῖν αὐτοῖς τελεῖν*, et postea sequitur: *ἐχειροτόνησεν ὁ δῆμος [Μεθωναίου]ς τελεῖν.*

Huc pertinent ex Sylloge Inscriptionum Graecarum: I. 73, 14: *περὶ δὲ [ἄρχ]οντος καὶ φρουρᾶς διαχειρο[τονῆσαι τὸν δῆμον αὐτί]κα[μ]άλα, εἴτε χρὴ καθιστάναι ἐ[ις Κλαζομενὰς εἴτε αὐ]τοκράτορα εἶναι περὶ τούτων [τὸν δῆμον τὸν Κλαζομε]νίων*, et II. 645, 19: *οἱ δὲ πρυτάνεις τῆς δεύτερον ἡμέρας μετὰ [τὰς] σπονδὰς ποιείτωσαν διαχειροτονίαν τοῖς πα[ροῦ]σιν, ὅτῳ δοκεῖ καλῶς καὶ φιλοτίμως τοὺς ἐπιμηνίο[υς] ἐπιμεμελῆσθαι τῆς τε θυσίας καὶ τῶν παρόντων [καὶ] ὅτῳ μή.*

A Polluce quoque usurpatur illa vox in Onomastico (VIII, 108): *τὰς δ' εἰσφορὰς τὰς κατὰ δῆμον διεχειροτόνουν οὗτοι* (scil. *οἱ δήμαρχοι*) *καὶ τὰ ἐξ αὐτῶν ἀναλώματα*: hi vero tributa tributim collata administrabant et qui ex his fiebant sumptus.

Ad quem locum Kuehneus in Onomastico (VIII, 108) annotat: *διεχειροτόνουν* suffragiis suis aut rata fiebant aut irrita; hoc enim est *διαχειροτονεῖν* ex appellatione Demosthenis contra Eubulidem, quod Demarchi exigebant pretium locationis et conductionis ab iis, qui fana et alia loca publica conduxerant, nec solvebant stato tempore amissaque Demi matricula popularibus proponebant libera suffragia ferenda de iis, qui in novam matriculam inscribendi quive tamquam peregrini ex eo excludendi essent'. —

Ex eis igitur locis, quos supra attulimus, propriam '*διαχειροτονίας*' vim penitus intellegere possumus. Popria enim vis est, ut tum demum locum habeat, ubi duae rogationes diversae proponuntur, ex quibus alterutra a populo sciscenda est, quod in lege ipsa appellatur, *χειροτονία πρότερα καὶ ὕστερα . .*, et *διαχειροτονῶ* hoc significat: suffragio meo declaro e duabus rebus, quae propositae sunt, utra mihi placeat. *Διαχειροτονία* est quasi suffragiorum divisio, ut si rogatum sit, utrum vetus lex retinenda an illa abrogata nova ferenda sit, utrum pecunia in hunc an illum usum vertenda. —

Neque veri similis neque argumentis confirmanda est Kochi opinio (Pauly-Wissowa, V, 1303), qui putat *διαχειροτονίαν* idem esse et eodem modo factam ac *διαψήφισιν*, suffragii lationem, quae facta sit nominatim.

Dicit autem eum, qui rem diligenter contempletur, negaturum non esse unamquamque rogationem in duas rogationes inter se contrarias dividi posse. Sed non constat neque necesse est Atheniensium populum de eadem re semper illo duplici modo, qui cum *διαχειροτονία* coniunctus erat, in suffragium missum esse; fortasse hoc modo res gravissimae agebantur.

Διαψήφισις ipsa, in qua universa civitas quasi perlustrabatur, res tantae operae et gravitatis erat, quae rarissime habebatur, cuius pauca tantum exempla tradita sunt. Fiebat enim rei publicae purgandae et eorum e civitate eiciendorum causa, qui contra ius civitatem furati erant. (Pauly-Wissowa, Real-Encyclopaedie V 1, p. 342).

De eiusmodi autem rebus in locis omnibus, quos supra diximus, non agitur.

III. Ἐπιχειροτονία et ἐπιχειροτονεῖν.

Haec vocabula dicuntur in duabus actionibus, quae in republica Atheniensium magni erant momenti: in *ἐπιχειροτονία τῶν ἀρχῶν* et in *ἐπιχειροτονία τῶν νόμων*. Primum autem de illa agetur.

Ut iam supra dictum est, quattuor in quaque prytania habebantur iusta populi concilia, quorum primum appellabatur: *κυρία ἐκκλησία*. In hoc primo concilio populo inter alia propositum erat videre, num magistratus officia recte administrarent. Quod testatur Aristoteles in eo libro, qui inscribitur *Ἀθηναίων πολιτεία*' (Cap. LVI): *ἐπιχειροτονία δ' αὐτῶν* (scil. *ἀρχῶν*) *ἐστι κατὰ πρυτανείαν ἑκάστην, εἰ δοκοῦσι καλῶς ἄρχειν*. et alio loco (Cap. LVIII, 4) dicit: *προγράφουσι δὲ καὶ τὰς ἐκκλησίας οὗτοι (οἱ πρυτανεύοντες), μίαν δὲ κυρίαν, ἐν ᾗ* (scil. *τοὺς πρυτανεύοντας*) *δεῖ τὰς ἀρχὰς ἐπιχειροτονεῖν, εἰ δοκοῦσι καλῶς ἄρχειν, καὶ περὶ σίτου καὶ περὶ φυλακῆς τῆς χώρας χρηματίζειν*.

Praesides enim interrogabant populum, num magistratuum muneris administrationem probaret. Ibi cuivis, etiam privato, facultas data erat de magistratuum iniuriis ad populum crimina

deferendi; quae si iustae et graves populo visae erant, illi cogebantur muneribus abire, id est *ὁ δῆμος αὐτοὺς ἀπεχειροτόνησεν*· Quid autem hoc sit, Demosthenes dicit (pag. 802, 4): *τοῦτο μὲν γὰρ ὅταν ἀποχειροτονηθῶσί τινες τῶν ἐν ταῖς ἀρχαῖς, παραχρῆμα πέπαυνται ἄρχοντες καὶ τοὺς στεφάνους περιῄρηνται.* Exempla magistratuum administratione rei publicae a populo summotorum, quae exstant, allata sunt sub '*ἀποχειροτονίᾳ*' pag. 7 et 8.

Magistratus muneribus abire coacti etiam ultro in iudicium vocari poterant. Licebat enim eis, qui querelas ad populum detulerant, adversus illos etiam actionem intendere, quod apparet ex loco quodam Aristotelis '*πολιτείας*' (Cap. LXI): *κἂν τινα ἀποχειροτονήσωσιν, κρίνουσιν ἐν τῷ δικαστηρίῳ κἂν μὲν ἁλῷ τιμῶσιν, ὅ τι χρὴ παθεῖν ἢ ἀποτεῖσαι, ἂν δ' ἀποφύγῃ, ἄρχει.*

Quod igitur populus censuerat magistratum aliquem a re publica removendum esse, hoc ad tempus valebat, quoad iudices hanc causam diiudicabant. Qui si cognoscere non poterant rei delictum et culpam atque ob eam rem magistratum, qui erat accusatus, absolvebant, in honorem ille et in magistratum restituebatur, id est, ut Aristoteles dicit: *ἄρχει.*

De puniendi autem modo Demosthenes dicit (pag. 676, 10): *ὥστ' ἀπεχειροτονήσατε μὲν τὸν στρατηγόν, πέντε ταλάντοις δ' ἐζημιώσατε, τρεῖς δὲ μόναι ψῆφοι διήνεγκον τὸ μὴ θανάτου τιμῆσαι.* — Iudices autem thesmothetae erant ex Pollucis testimonio, qui in Onomastico (VIII, 87) scribit: *οἱ θεσμοθέται τὸν ἀποχειροτονηθέντα κρίνουσιν.*

Ἐπιχειροτονία τῶν ἀρχῶν igitur id significat, ut a novem Archontibus populus rogatus sit, viderenturne magistratus officio suo recte fungi an secus, qui probati essent populo, in honore permansisse, qui deliquisse viderentur magistratu privatos esse. Sed num in illa etiam contione, quae prima in anno habebatur, quo tempore magistratus munera modo inierant, *ἐπιχειροτονία* sit facta, non satis constat neque verisimile est. —

Huic '*ἐπιχειροτονίᾳ*' omnes Atheniensium magistratus subiecti erant, etiam archontes. Hae *ἐπιχειροτονίαι*, ut scribit Dindorfius in Thesauro linguae Graecae sub *ἐπιχειροτονίᾳ*, eo maxime consilio institutae videntur, ut si quis haberet, quod de magistratus alicuius in rempublicam aut in privatum quempiam delictis quereretur, id hoc die populo proponeret. Qui autem a nullo accusarentur, de iis nulla erat *ἐπιχειροτονία.* —

Secunda actio, cui nomen *ἐπιχειροτονία* subicitur, appellatur *ἐπιχειροτονία τῶν νόμων*. Quae appellatio est translata ex Demosthenis oratione contra Timocratem habita, in qua leges aliquae de illa actione exstant.

Quoties enim de legibus novis rogandis veteribusque abrogandis agendum erat, Nomothetae a populo creabantur. Erat autem huic rei unum imprimis tempus statutum, anni cuiusque initium, quo tempore legum censura solennis peragebatur. Huius ratio atque ordo legitimus optime ex ipsis legibus cognoscitur, quas in illa Demosthenis oratione traditas accepimus, quam supra commemoravi. Haec legis capita a Demosthene, ad quem referuntur, esse conscripta Westermannus negat et demonstrare conatur[11]) illa a posterioribus in orationem Demosthenis addita esse. Primum autem ille eos locos, qui in orationibus contra Timocratem et Leptinem ad '*ἐπιχειροτονία νόμων*' pertinent, inter se componit, praeterea ex Aeschinis oratione contra Ctesiphontem affert § 39. Sed illis locis Demosthenes ea tantum commemorat, quae potissimum pertineant ad causam suam.

Itaque quasi fragmenta totius legis habemus, quae Schoellius suscepit defendenda adversus Westermannum (über attische Gesetzgebung) idque optime peregit et obtinuit.

Accuratius uberiusque cum de aliis legibus tum de hac, quae ad '*ἐπιχειροτονία τῶν νόμων*' pertinet, quaestiones adhibuit Drerupius[12]), qui et ipse confitetur nonnullos illius legis locos non ita perspicue in Demosthenis oratione scriptos esse. Ceterum plerumque Schoelli sententiam probat et sequitur, in paucis rebus minus gravibus ab illo dissentit.

Illius legis initium fit his verbis (Dem. pag. 706, 7): *ἐπὶ δὲ τῆς πρώτης πρυτανείας τῇ ἑνδεκάτῃ ἐν τῷ δήμῳ ἐπειδὰν εὔξηται ὁ κῆρυξ, ἐπιχειροτονίαν ποιεῖν τῶν νόμων, πρῶτον μὲν τῶν βουλευτικῶν, δεύτερον δὲ τῶν κοινῶν, εἶτα οἳ κεῖνται τοῖς ἐννέα ἄρχουσιν, εἶτα τῶν ἄλλων ἀρχῶν*. Primum igitur dies constitutus est, quo *ἐπιχειροτονία νόμων* esset habenda: undecima primae prytaniae die de legibus agebatur, quo autem mense hoc factum sit, cognoscimus ex alio eiusdem orationis loco (pag. 708, 10): *τῆς ἐκκλησίας, ἐν ᾗ τοὺς νόμους ἐπε-*

[11]) In den Abhandlungen der k. sächsischen Gesellschaft der Wissenschaften II 850, p. 3 ff.

[12]) Jahrb. für klassische Philologie, 24. Suppl. Bd. 1898, p. 248 sq.

χειροτονήσαι᾽ οὔσης ἑνδεκάτῃ τοῦ ἑκατομβαιῶνος μηνός. Ceterum hoc populi concilium non erat *κυρία ἐκκλησία* prytaniae. — Deinde dicitur, quo ordine de legibus sit agendum: primum de legibus, quae ad senatum pertinent, tum de legibus communibus. Has leges Schoellius existimat eas esse intellegendas, quae ad magistratus universos pertineant, quas singulae vel propriae sequantur leges de archontibus de ceterisque magistratibus latae. Equidem cum Schoellio non consentio, quia hic modus leges enumerandi isto quidem loco latior videtur; immo *κοινοὶ νόμοι* sunt eae leges, quae ad universam rempublicam pertinent.

Singulae igitur legis partes populo ad probandum propositae sunt. Etiam quomodo de singulis partibus suffragium ferendum esset, lex iubebat (pag. 706, 11): *ἡ δὲ ἐπιχειροτονία ἔστω ἢ πρότερα ὅτῳ δοκοῦσιν ἀρκεῖν οἱ νόμοι οἱ βουλευτικοί, ἢ δ᾽ ὑστέρα, ὅτῳ μὴ δοκοῦσιν. εἶτα τῶν κοινῶν κατὰ ταὐτά.* Hoc loco pro '*κοινῶν*' scribendum esse '*λοιπῶν*', quod Westermannus et Schoellius scripserunt, necesse non puto, quoniam necessario de reliquis item suffragia lata sunt. — Verba autem postea illum locum sequentia iure videntur plane suspecta. Dicitur enim: *τὴν δ᾽ ἐπιχειροτονίαν εἶναι τῶν νόμων κατὰ τοὺς νόμους τοὺς κειμένους.* — In scripto autem, quo contineantur ipsae leges de '*ἐπιχειροτονία*' latae, legentes ad leges revocare amentis est.

Sequitur § 21: *ἐὰν δέ τινες τῶ νόμων τῶν κειμένων ἀποχειροτονηθῶσι, τοὺς πρυτάνεις, ἐφ᾽ ὧν ἂν ἡ ἐπιχειροτονία γένηται, ποιεῖν περὶ τῶν ἀποχειροτονηθέντων τὴν τελευταίαν τῶν τριῶν ἐκκλησιῶν· τοὺς δὲ προέδρους, οἳ ἂν τυγχάνωσι προεδρεύοντες ἐν ταύτῃ τῇ ἐκκλησίᾳ, χρηματίζειν ἐπάναγκες πρῶτον μετὰ τὰ ἱερὰ περὶ τῶν νομοθετῶν, καθ᾽ ὅτι καθεδοῦνται καὶ περὶ τοῦ ἀργυρίου, ὁπόθεν τοῖς νομοθέταις ἔσται· τοὺς δὲ νομοθέτας εἶναι ἐκ τῶν ὀμωμοκότων τὸν ἡλιαστικὸν ὅρκον.* Si igitur populus probaverat legum recognitionem — id est *ἐπιχειροτονίαν τῶν νόμων* — esse faciendam, in ultima demum ex tribus contionibus agebatur de condicionibus, quibus nomothetae essent instituendi. Qui ipsam faciebant *ἐπιχειροτονίαν τῶν νόμων* de novisque legibus ferendis aut veteribus abrogandis ut iudices decernebant. — Aliis verbis Demosthenes idem reddit (pag. 707, 24): *καὶ πρῶτον ἐφ᾽ ὑμῖν ἐποίησαν διαχειροτονίαν, πότερον εἰσοιστέος ἐστὶ νόμος καινὸς ἢ δοκοῦσιν ἀρκεῖν οἱ κείμενοι, μετὰ δὲ ταῦτα ἂν χειροτονήσητε εἰσφέρειν, οὐκ εὐθὺς τιθέναι προσέταξαν, ἀλλὰ τὴν τρίτην ἀπέ-*

δειξαν ἐκκλησίαν καὶ οὐδ' ἐν ταύτῃ τιθέναι δεδώκασιν, ἀλλὰ σκέψασθαι καθ' ὅτι τοὺς νομοθέτας καθιεῖτε. Hoc loco in contentione ponitur, quid significet: *τὴν τελευταίαν τῶν τριῶν ἐκκλησιῶν.* Westermannus hanc tertiam contionem, quae a Demosthene commemoratur, tertiam prytaniae contionem esse putat. Sed Schoellius existimat hanc '*τρίτην ἐκκλησίαν*' intellegendam esse ultimam ex illis tribus contionem, quae praeter primam, in qua '*ἐπιχειροτονίας*' initium factum sit, habitae sint. Equidem Schoellio assentior. Utcunque autem haec res se habet, certe tres contiones illi negotio '*ἐπιχειροτονίας*' lege erant institutae.

Novae illae leges scribae senatus tradendae erant et ab eodem in comitiis sequentibus recitandae. Quod apparet ex Demosthenis oratione contra Leptinem (pag. 485, 16) *καὶ πρὸ τούτων γ' ἐπέταξεν ἐκθεῖναι πρόσθε τῶν ἐπωνύμων καὶ τῷ γραμματεῖ παραδοῦναι, τοῦτον δ' ἐν ταῖς ἐκκλησίαις ἀναγιγνώσκειν, ἵν' ἕκαστος ὑμῶν ἀκούσας πολλάκις καὶ κατασχολὴν βουλόμενος, ἂν ᾖ καὶ δίκαια καὶ συμφέροντα, ταῦτα νομοθετῇ.* — In tertio illo concilio populi de nomothetarum, qui ex heliastis eligebantur, numero tantum agebatur et quam diu munus administraturi essent quantaque merces eis daretur. — Fraenkelius[13]) conicit universum heliastarum collegium munere nomothetarum functum esse, id quod appellat: Nomothetenparlament. Populi contionem novis legibus ferendis statuisse, utrum universi heliastae an pars eorum, sorte deligenda, consilium haberent. Drerupius (Jahrb. p. 252) huic confirmationi ac sententiae non assentitur, sed existimat fieri potuisse, ut illi heliastae, qui in ultima primae prytaniae contione ad leges corrigendas constituti essent, per totum annum, cum res postulabat, nomothetae convenirent.

Schoellius illam opinionem Fraenkelii vanam et quasi deliram appellat[14]).

Nomothetas reipublicae legibus constituendae causa creatos esse primum commemoratur a Thucydide (VIII 97): *ἐγίγνοντο καὶ ἄλλαι ὕστερον πυκναὶ ἐκκλησίαι, ἀφ' ὧν καὶ νομοθέτας καὶ τἆλλα ἐψηφίσαντο ἐς τὴν πολιτείαν.*

Quod factum est civitate anno quadringentesimo undecimo mense Septembri eversa senatuque quadringentorum sublato. Sed

[13]) Att. Geschworenengericht p. 24 sq.
[14]) Sitzungsbericht p. 118, Anm. 1.

nusquam legimus, quid illi nomothetae egerint aut quas leges tulerint.

Quos magistratus extraordinarios fuisse Gantzerus negat (Dissertation p. 14 sq.) et affirmat illos non ita multum a nomothetis priorum annorum, de quibus quidem nihil traditur, differre. Nam conicit Athenienses etiam prioribus temporibus certe nomothetas creavisse, si tempus postulabat. Quod quidem argumentis non est confirmandum, sed verisimile. Etiam dubium videtur, num illi magistratus, qui proximis annis nomine *συγγραφεῖς* exsistunt (Gantzer p. 16), idem significent ac nomothetae.

Iterum *νομοθέται* creantur anno quadringentesimo tertio, quod testatur Andocides (*περὶ μυστηρίων* § 84), triginta tyrannis expulsis. Horum nomothetarum negotium erat descriptio legum veterum et novarum: *νόμων ἀναγραφή*, numerus quingentorum.

A scriptoribus quarti saeculi ante Chr. n. nomothetae saepius commemorantur, ceterum de eorum munere non satis docemur.[15])

De nomothetarum numero a Polluce docemur (VIII, 101), qui dicit fuisse mille unum. Andocides (*περὶ μοστηρίων* § 84) tradit anno quadringentesimo tertio quingentos nomothetas creatos esse.[16]) Veri simile est numerum eorum pro singulis causis plebiscito constitutum esse.

Pollux, qui illum numerum statutum putat, eum transtulisse videtur ex oratione contra Timocratem (p. 708, 25), quo in loco plebiscito mille unus nomothetae creati erant.

§ 22: *ἐὰν δ' οἱ πρυτάνεις μὴ ποιῶσι κατὰ τὰ γεγραμμένα τὴν ἐκκλησίαν ἢ οἱ πρόεδροι μὴ χρηματίζωσι κατὰ τὰ γεγραμμένα, ὀφείλειν τῶν μὲν πρυτανέων ἕκαστον χιλίας δραχμὰς ἱερὰς τῇ Ἀθηνᾷ, τῶν δὲ προέδρων ἕκαστος ὀφειλέτω τετταράκοντα δραχμὰς ἱερὰς τῇ Ἀθηνᾷ καὶ ἔνδειξις αὐτῶν ἔστω πρὸς τοὺς θεσμοθέτας, καθάπερ ἐάν τις ἄρχῃ ὀφείλων τῷ δημοσίῳ· οἱ δὲ θεσμοθέται τοὺς ἐνδειχθέντας εἰσάγουσιν εἰς τὸ δικαστήριον κατὰ τὸν νόμον ἢ μὴ ἀνιόντων εἰς Ἄρειον πάγον ὡς καταλύοντες τὴν ἐπανόρθωσιν τῶν νόμων.* Dicitur hic, qua poena afficiantur ei, qui comitiis praesunt, si non ex ordine agunt. Ex distinctione, quae est facta inter *πρυτάνεις* et *προέδρους*, intellegi potest haec legum praescripta ante secundum quarti saeculi decennium non esse

[15]) cf. Busolt, griech. Geschichte III, 2 S. 1509, III, 1 S. 291.
[16]) cf. Schoell, Sitzungsberichte p. 102 u. 127.

data. Quomodo autem novae leges ferendae fuerint, explicatur § 23: *πρὸ δὲ τῆς ἐκκλησίας ὁ βουλόμενος Ἀθηναίων ἐκτιθέτω πρόσθε τῶν ἐπωνύμων γράψας τοὺς νόμους, οὓς ἂν τιθῇ, ὅπως ἂν πρὸς τὸ πλῆθος τῶν ἐκτεθέντων νόμων ψηφίσηται ὁ δῆμος περὶ τοῦ χρόνου τοῖς νομοθέταις· Ὁ δὲ τιθεὶς τὸν νόμον καινὸν ἀναγράψας εἰς λεύκωμα ἐκτιθέτω πρόσθε τῶν ἐπωνύμων ὁσημέραι, ἕως ἂν ἡ ἐκκλησία γένηται.* Accurate igitur praescriptum erat, quomodo novae leges ferendae essent, ut in albo scriptae ante statuas eponymorum publice proponerentur. Quod ob eam rem institutum erat, ut populus sub uno quasi conspectu novas leges videret et, ut Demosthenes alio loco dicit, sententiam de illis conciperet.

Et postremum (p. 707) dicitur: *αἱρεῖσθαι δὲ καὶ τοὺς συναπολογησομένους τὸν δῆμον τοῖς νόμοις, οἳ ἂν ἐν τοῖς νομοθέταις λύωνται, πέντε ἄνδρας ἐξ Ἀθηναίων ἁπάντων [τῇ ἑνδεκάτῃ τοῦ ἑκατομβαιῶνος μηνός].*

Haec verba addita et ex collocatione et ex eis, quae continent, plane sunt suspecta. Illi enim, a quibus leges veteres defendendae erant, in tertia contione creabantur; id quod fieri non poterat '*τῇ ἑνδεκάτῃ τοῦ ἑκατομβαιῶνος μηνός*' quo die, ut supra cognovimus, initium '*ἐπιχειροτονίας*' est factum et populus de hac sola re interrogabatur, num leges novae essent ferendae aut veteres abrogandae.

Hanc populi actionem, qua *ἐπιχειροτονία* quasi praeparabatur, sequebatur altera actio: nomothetarum, quae propria erat *ἐπιχειροτονία*: comprobatio aut reiectio novarum legum aut veterum. De hac re Demosthenes (p. 710, 18) dicit: *τῶν δὲ νόμων τῶν κειμένων μὴ ἐξεῖναι λῦσαι μηδένα, ἐὰν μὴ ἐν νομοθέταις· τότε δ' ἐξεῖναι τῷ βουλομένῳ Ἀθηναίων λύειν ἕτερον τιθέντα ἀνθ' ὅτου ἂν λύῃ· διαχειροτονίαν δὲ ποιεῖν τοὺς προέδρους περὶ τούτων τῶν νόμων, πρῶτον μὲν περὶ τοῦ κειμένου, εἰ δοκεῖ ἐπιτήδειος εἶναι τῷ δήμῳ τῷ Ἀθηναίων ἢ οὔ, ἔπειτα περὶ τοῦ τιθεμένου, ὁπότερον δ' ἂν χειροτονήσωσιν οἱ νομοθέται, τοῦτον κύριον εἶναι·* Binae leges quasi ex adverso positae erant: nova lex et vetus lex. Nomothetarum autem diiudicatio *διαχειροτονίας* formam habebat, quae erat similis populi suffragii lationi in prima illa contione. Vetere lege abrogata factum est, ut nova acciperetur, novaque lege repudiata vetus valere non desinebat.

Praeterea ex eo loco, quem supra attulimus, apparet nomothetas per *χειροτονίαν* sententiam tulisse et hanc *χειροτονίαν* factam esse a '*προέδροις*'.

Eodem loco sequitur: *ἐναντίον δὲ νόμον μὴ ἐξεῖναι τιθέναι τῶν νόμων τῶν κειμένων μηδενί· ἐὰν δέ τις λύσας τινὰ τῶν νόμων κειμένων ἕτερον ἀντιθῇ μὴ ἐπιτήδειον τῷ δήμῳ τῷ Ἀθηναίων ἢ ἐναντίον τῶν κειμένων τῳ, τὰς γραφὰς εἶναι κατ' αὐτοῦ κατὰ τὸν νόμον, ὃς κεῖται, ἐάν τις μὴ ἐπιτήδειον θῇ νόμον·* Lex pro abrogata lata et accepta cum aliis legum praescriptis repugnare non debebat. Si quis ostendere volebat rogationem aliquam non legitimam nocituramque esse reipublicae, hoc non facere poterat inter nomothetarum consilia, sed legum censura ab illis peracta res ad iudices deferenda erat. — Hoc igitur modo facta est *ἐπιχειροτονία νόμων.* Hac in re duae actiones distinguendae sunt: primum populus ad concilium convocatus interrogabatur, utrum legibus, quarum singulae partes ei proponebantur ad probandum, contentus esset an veteribus abrogatis novas ferri vellet. In tertia contione nomothetae creabantur, a quibus ipsa '*ἐπιχειροτονία*' est habita, et haec erat altera actio. In nomothetarum autem consilium a populo mittebantur, qui leges veteres defenderent: quinque *σύνδικοι* vel *συνήγοροι.* Ceterum nomothetarum consilio velut ecclesiae praesidebant proedri, a quorum principe in suffragium mittebantur; assidebant, si non semper, at nonnunquam senatores, id quod apparet ex loco quodam (Demosthenes p. 708, 26), quo dicitur: *συννομοθετεῖν καὶ τὴν βουλήν.* Nomothetarum potestas non infinita erat, sed de eis tantum legibus decernere licebat, de quibus populus vellet. Quas autem leges acceperant, eae ratae erant, nisi quis eis intercessit, quod contra leges iam ratas essent: haec intercessio a Graecis appellabatur: *γραφὴ παρανόμων.*

Sed praeter hanc legum censuram, quae anni initio agebatur, alia etiam fieri solebat annua et ipsa, quam Aeschines commemorat in oratione contra Ctesiphontem (§ 38/39): *ἀλλὰ διαρρήδην προστέτακται τοῖς θεσμοθέταις καθ' ἕκαστον ἐνιαυτὸν διορθοῦν ἐν τῷ δήμῳ τοὺς νόμους, ἀκριβῶς ἐξετάσαντας καὶ σκεψαμένους εἴ τις ἀναγέγραπται ἐναντίος ἑτέρῳ ἢ ἄκυρος ἐν τοῖς κυρίοις ἢ εἴ ποί εἰσι πλείους ἀναγεγραμμένοι περὶ ἑκάστης πράξεως· κἄν τι τοιοῦτον εὑρίσκωσι, ἀναγεγραφότας ἐν σανίσιν ἐκτιθέναι κελεύει πρόσθε τῶν ἐπωνύμων, τοὺς δὲ πρυτάνεις ποιεῖν ἐκκλησίαν ἐπιγράψαντας νομοθέταις, τὸν δ' ἐπιστάτην τῶν προέδρων διαχειροτονίαν διδόναι [καὶ τοὺς μὲν ἀναιρεῖν τῶν νόμων, τοὺς δὲ καταλείπειν], ὅπως ἂν εἷς ᾖ νόμος καὶ μὴ πλείους περὶ ἑκάστης πράξεως.* Aeschines constitutum esse dicit, ut thesmothetae

quotannis in ecclesia leges exquirerent et corrigerent, accurata inquisitione facta, essetne lex aliqua alteri legi contraria an abrogata et irrita inter approbatas et ratas, an plures quam una singulis de rebus perscriptae. Quod si quid eiusmodi reperissent, oportuisse eas leges in tabulis descriptas pro eponymorum statuis proponi populumque a prytanibus convocari ad nomothetas creandos et in suffragium mitti ab epistata. Leges autem alias tolli atque abrogari, alias relinqui, ut una esset lex de unaquaque re, non plures.

Dubitatio est, fueritne haec legum censura, quae appellari solet: *διόρθωσις τῶν νόμων*, cum illa altera, de qua modo locuti sumus, coniuncta eodemque tempore peragi solita an diversa alioque tempore habenda. Sed utracunque sententia verior est, haec utrique rei communia: propositio pro statuis eponymorum, ecclesia, in qua de legibus illis populus consultaret, nomothetarum creatio; et Demosthenes utitur verbo '*ἐπανόρθωσις*' eo loco, quo de *ἐπιχειροτονία τῶν νόμων* loquitur (p. 707, 4, § 22): *οἱ δὲ θεσμοθέται τοὺς ἐνδειχθέντας (οἳ ἂν μὴ ποιήσωσι κατὰ τὰ γεγραμμένα τὴν ἐκκλησίαν) εἰσαγόντων εἰς τὸ δικαστήριον κατὰ τὸν νόμον ἢ μὴ ἀνιόντων εἰς Ἄρειον πάγον ὡς καταλύοντες τὴν ἐπανόρθωσιν τῶν νόμων.*

Si corum sententia recta est, qui existimant eodem tempore hanc alteram censuram fuisse quo *ἐπιχειροτονία τῶν νόμων*, persuadere mihi non possum, cum prior illa recensio Hecatombaeone mense facta sit, cuius die primo thesmothetae munus suum auspicabantur, tam breve temporis spatium tanto tamque operoso negotio datum esse et ob eam rem fieri potuisse, ut omne legum corpus intra tam paucos dies accurate pervestigarent et si quid inesset, quod tollendum videretur, invenirent. Ceterum agebatur in *ἐπιχειροτονίᾳ τῶν νόμων* et de veteribus legibus abrogandis et de novis ferendis; in altera autem illa censura legum, quae *διόρθωσις* appellatur, leges obsoletae tantum aut irritae abrogabantur.

Praeterea nomen *ἐπιχειροτονία* usurpatur a Demosthene pag. 48, 17: *ἐπειδὰν δ' ἐπιχειροτονῆτε τὰς γνώμας, ἃ ἂν ἀρέσκῃ, χειροτονήσετε*, quo loco ei haec sententia subiecta est: suffragiis ferendis sententiam suam ostendere. Dicitur igitur hoc loco ut *γνώμας χειροτονεῖν*, quae locutio est frequentissima, quoniam de rogationibus suffragium ferebat populus porrigendis manibus; occurrit

nobis istud vocabulum in Platonis Legibus VI, 785 s.: *ἐπιχειροτονία τῶν ταξιαρχῶν*· de centurionibus deliberatio quae fit per suffragia. Pronuntiata rogatione, si nulla intercessio interposita erat, in suffragium mittebatur populus ab epistata. Proprium autem de hac re vocabulum est *ἐπιψηφίζειν*, cuius loco nonnunquam etiam *ἐπιχειροτονεῖν* ponitur, ut apud Demosthenem (p. 712, 23) *τοὺς δὲ προέδρους ἐπιχειροτονεῖν ἐπάναγκες, ὅταν τις καθιστάναι βούληται* (sc. *ἐγγυητὰς*).

Alibi *ἐπιχειροτονεῖν* idem est quod *ἐπιψηφίζεσθαι*, id est suffragiis sancire, confirmare. Quod intellegi potest ex Demosthenis oratione de Corona (p. 235, 7): *ἐπειδὴ Φίλιππος ἀποστείλας πρέσβεις περὶ τῆς εἰρήνης ὁμολογουμένας πεποίηται συνθήκας, δεδόχθαι τῇ βουλῇ. καὶ τῷ δήμῳ τῷ Ἀθηναίων, ὅπως ἂν ἡ εἰρήνη ἐπιτελεσθῇ ἡ ἐπιχειροτονηθεῖσα ἐν τῇ πρώτῃ ἐκκλησίᾳ.* Aliae eiusdem significationis locutiones hae sunt: *ἐπιχειροτονίαν διδόναι*, ut dicitur apud Demosthenem pag. 716, 18: *ἐὰν δέ τις τῶν προέδρων δῷ τινι τὴν ἐπιχειροτονίαν, ἢ αὐτῷ τῷ ὑφληκότι ἢ ἄλλῳ ὑπὲρ ἐκείνου ἱκετεύοντι πρὶν ἐκτεῖσαι, ἄτιμος ἔστω*· id est si permittat ad populum referre et *ἐπιχειροτονίαν ποιεῖν*. Utitur isto verbo etiam Pollux (VIII, 94) *νομοφύλακες τοῖς προέδροις συγκαθίζουσιν ἕνια διακωλύοντες ἐπιχειροτονεῖν, ὅσα μὴ συμφέροι.*

Postremum dicendum est Aristotelem nomine '*ἐπιχειροτονία*' uti (Cap. 43, 5) in praeiudicio illo, quo decernebatur, num testarum suffragia, id quod Athenienses '*ὀστρακισμόν*' vocabant, ferenda essent: *ἐπὶ δὲ τῆς ἕκτης πρυτανείας πρὸς τοῖς εἰρημένοις καὶ περὶ τῆς ὀστρακοφορίας ἐπιχειροτονίαν διδόασιν, εἰ δοκεῖ ποιεῖν ἢ μή*: id est populum in suffragia mittunt.

IV. Καταχειροτονία et καταχειροτονεῖν.

Ex coniunctione videmus haec vocabula idem significare quod 'adversus aliquem suffragium fero' et condemnatio per suffragia a populo facta.

Atheniensium enim legibus erat iussum vel licebat querelam de quibusdam delictis, quae a cive aliquo erant commissa, ad populum deferre, quod Graeci vocabant *προβάλλεσθαι* sive *προβολήν*. Populus autem contione advocata de hac re sententiam dicere solebat, utrum crimen certum esset querelaque iusta necne. Et suffragia ferebantur per *χειροτονεῖν* et ipsa actio suffragia ferendi

appellabatur *καταχειροτονία*. Qua de re docemur a Demosthene, imprimis si legimus orationem contra Midiam habitam (pag. 571, 8, 14, 20): *βούλομαι τοίνυν ὑμῖν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, καὶ ὅσων ἤδη καταχειροτονήσαντος τοῦ δήμου περὶ τὴν ἑορτὴν ἀδικεῖν ὑμεῖς κατεγνώκατ' εἰπεῖν καὶ δεῖξειν, τί πεποιηκότες αὐτῶν ἔνιοι τίνος ὀργῆς τετυχήκασι παρ' ὑμῶν, ἵν' αὐτὰ πρὸς τὰ τούτῳ πεπραγμένα ἀντιθῆτε. πρῶτον μὲν τοίνυν, ἵνα πρώτης τῆς τελευταίας γεγοννίας μνησθῶ καταγνώσεως περὶ τὰ μυστήρι' ἀδικεῖν Εὐάνδρου κατεχειροτόνησεν ὁ δῆμος τοῦ Θεσπιῶς, προβαλλομένου Μενίππου, Καρύς τινος ἀνθρώπου. τί οὖν ποιήσαντος, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, κατεχειροτονήσατε τοῦ Εὐάνδρου; τοῦτ' ἀκούσατε . (ὅτι) δίκην ἐμπορικὴν καταδικασάμενος τοῦ Μενίππου, οὐκ ἔχων πρότερον λαβεῖν αὐτόν, ὡς ἔφη, τοῖς μυστηρίοις ἐπιδημοῦντος ἐπελάβετο· κατεχειροτονήσατε μὲν διὰ ταῦτα, καὶ οὐδ' ὁτιοῦν ἄλλο προσῆν, εἰσελθόντα δ' εἰς τὸ δικαστήριον ἠβούλεσθε μὲν θανάτῳ ζημιῶσαι, τοῦ δὲ προβαλλομένου πεισθέντος τὴν δίκην τε πᾶσαν ἠναγκάσατ' αὐτὸν, ἣν ἥρήκει πρότερον, ἀφεῖναι κ.τ.λ.* hoc loco lucide explicatur *καταχειροτονίας* vis. Euander deliquerat, quod Menippum diebus mysteriorum prehenderat. Quamobrem Menippus Euandri nomen defert ad populum, qui ad concilium convocatus crimen iudicavit certum et suffragia contra Euandrum tulit. Quo facto Menippo facultas data erat illum ad iudices vocandi eique actionem intendendi.

In eadem oratione sequitur altera '*καταχειροτονίας*' commemoratio (pag. 572, 10): *ἕτερος ἀδικεῖν ποτ' ἔδοξεν ὑμῖν περὶ τὰ Διονύσια καὶ κατεχειροτονήσατ' αὐτοῦ παρελθεύοντος ἄρχοντι τῷ υἱεῖ, ὅτι θέαν τινὸς καταλαμβάνοντος ἴψατ', ἐξείργων ἐκ τοῦ θεάτρου.* Hoc quoque loco populus de scelere, quod erat commissum in Dionysum, interrogatus illum, qui deliquerat, noxium iudicavit.

Aliis etiam locis confirmatur, quod de '*καταχειροτονίας*' significatione cognovimus. Ut ex ipsa oratione Midiana intellegitur, Demosthenes ipse accusatoris partes egerat sive, ut Graecis verbis utar, *προβαλλόμενος* fuerat. Midias enim ausus erat Demosthenem, cum esset choragus, omnibus inspectantibus in theatro verberare, pag. 516, 5: *αὐτὸς πληγὰς εἰλημφὼς καὶ ὑβρισμένος οἴ' οὐκ οἶδ' εἴ τις ἄλλος πώποτε (χορηγὸς ὑβρίσθη)* et ob eam rem Demosthenes illi *προβολὴν* intenderat. Populus autem suffragia contra Midiam tulerat, qui tum ad iudices vocatus erat (pag. 516): *ἣν ὑπὲρ τούτων ἀγανακτήσας καὶ συνοργισθεὶς καταχειροτονίαν ὁ δῆμος*

ἐποιήσατο, ταύτην εἰσέρχομαι· Alibi hoc idem commemorat pag. 580, 25: *ἔτι τοίνυν παρῆν καὶ κάθητ' Εὔβουλος ἐν τῷ θεάτρῳ, ὅθ' ὁ δῆμος κατεχειροτόνησε Μειδίου,* et pag. 584, 7 dicitur: *ἤκουσεν ὁ δῆμος τὰ πεπραγμένα τούτῳ· τί οὖν; ὑμῖν καταχειροτονήσας παρέδωκεν,* scil. iudicibus, id est: Midia populi iudicio condemnato Demostheni potestas data est illum in ius vocandi. Qui autem *καταχειροτονίαν* contra aliquem effecerat, is legibus coactus non erat rem ad iudices deferre; id quod apparet ex Demosthenis verbis pag. 553, 25: *κἂν μὲν ἀφῶ τοῦτον ἐγὼ καὶ προδῶ τὴν ὑμετέραν καταχειροτονίαν, οὐδὲν ἀδικῶ.*

Aliud exemplum exstat pag. 1230, 18 in oratione de corona trierarchica: *ὅτε γὰρ τῇ ναυμαχίᾳ τῇ πρὸς Ἀλέξανδρον ἐνικήθητε, τότε τῶν τριηράρχων τοὺς μεμισθωκότας τὰς τριηραρχίας αἰτιωτάτους τοῦ γεγενημένου νομίζοντες παρεδώκατ' εἰς τὸ δεσμωτήριον* /Bekker em. *δικαστήριον/ καταχειροτονήσαντες προδεδωκέναι τὰς ναῦς καὶ λελοιπέναι τὴν τάξιν.* Ille igitur, quem populus noxium iudicaverat vel '*κατεχειροτόνησεν*', publice etiam prehendi et in vincula conici poterat. — Midiae condemnatio ab Aeschine quoque commemoratur in oratione contra Ctesiphontem § 52: *καὶ ταῦτα ἤδη τὰ περὶ Μειδίαν καὶ τοὺς κονδύλους, οὓς ἔλαβεν ἐν τῇ ὀρχήστρᾳ χορηγὸς ὤν, καὶ ὡς ἀπέδοτο τριάκοντα μνῶν ἅμα τήν τε εἰς αὐτὸν ὕβριν καὶ τὴν τοῦ δήμου καταχειροτονίαν, ἣν ἐν Διονύσου κατεχειροτόνησε Μειδίου.* — Praeterea apud Demosthenem pag. 572, 24 legimus: *ἑτέρου τοίνυν ὅ τε δῆμος ἅπας κατεχειροτόνησ' ἀδικεῖν περὶ τὴν ἑορτὴν καὶ ὑμεῖς, εἰσελθόντ' ἀπεκτείνατε τοῦτον Κτησικλέα, ὅτι σκῦτος ἔχων ἐπόμπευε, καὶ τούτῳ μεθύων ἐπάταξέ τιν' ἐχθρὸν ὑπάρχονθ' αὑτῷ,* et pag. 515, 3: *ἐπειδὴ δὲ καλῶς καὶ τὰ δίκαια ποιῶν ὁ δῆμος ἅπας οὕτως ὠργίσθη, ὥστε οὐκ ἐπείσθη, ἀλλὰ μιᾷ γνώμῃ κατεχειροτόνησεν αὐτοῦ.* Scilicet dubitari non potest, quin, priusquam populus suffragia tulit, disceptatio praecesserit; quod apparet etiam ex verbis: *οὐκ ἐπείσθη ὁ δῆμος.* — Alibi dicitur (Dem. pag. 578, 21): *τίς γάρ ἐστιν ὅστις καταχειροτονηθὲν αὐτοῦ καὶ ταῦτ' ἀσεβεῖν περὶ τὴν ἑορτήν κ. τ. λ.* condemnato illo de scelere.

Populi sententia lata hoc tantum efficiebatur, ut is, qui accusaverat, illum, qui a populo noxius iudicatus erat, legibus et iudicio persequi posset et hac in re populi praeiudicium appellaret. Causa enim eius ut iusta a populo erat comprobata. Sed qui accusaverat, legibus coactus non erat rem ad iudices deferre neque iudices, ad quos ille vocatus erat, populi praeiudicio astricti erant. Nam accusatum etiam absolvere poterant. Quod

colligi potest ex illo loco, quo Demosthenes Midiam dicentem facit (579, 4) *οὐδὲν πέπονθα ὑπὸ τῆς καταχειροτονίας· οὐ δέδοικα οὐδὲ φοβοῦμαι τὸν μέλλοντ' ἀγῶνα.* — Praeterea verbis ut *ἀφιέναι* et *ἀποψηφίζεσθαι*, quibus Demosthenes utitur (p. 546, 6, 580, 11, 583, 27, 584, 12, 585, 20), absolutio manifesto significatur; liquido igitur apparet populi praeiudicium non adeo ratum firmumque fuisse, ut iudicibus nihil nisi maior minorve poenae gradus definiendus relinqueretur. Delatio ad iudices commemoratur etiam ab Dinarcho in oratione contra Aristogitonem (§ 20) *ἀναμνησθέντες, ὅτι — ἵνα τὸ πρᾶότατον εἴπω τῶν ὀνομάτων — τούτου καταχειροτονήσας ὁ δῆμος παρέδωκεν ὑμῖν* (scil. *τοῖς δικασταῖς*) *τιμωρήσασθαι.* — Querelae autem, quae ad *προβολήν* pertinerent, a thesmothetis ad populum deferebantur, quod docet Aristoteles (*πολιτ.* cap. LIX): *οἱ δὲ θεσμοθέται ..... ἔτι τὰς εἰσαγγελίας εἰσαγγέλλουσιν εἰς τὸν δῆμον καὶ τὰς καταχειροτονίας καὶ τὰς προβολὰς ἁπάσας.*

Postquam in contione is, qui accusabat, et ille, qui accusabatur, verba ad populum fecerant, quod apparet ex oratione Midiana (p. 572, 14) *καὶ μεγάλ' ὑμῖν τοῦτ' ἐδόκει δίκαιον ἔχειν ὁ προβαλλόμενος λέγειν* ... et postea *ταῦτ' ἔλεγεν μὲν ἐκεῖνος (Μειδίας), ἐχειροτονήσατε δ' ὑμεῖς*, populus per praeconem interrogabatur, primum, num *προβολῆς* legibus reus teneri videretur. Si quibus videretur, ei manus tollebant, eaque *καταχειροτονία* dicebatur. Sequebatur altera rogatio, an non teneri videretur. Quibus non videretur item manus porrigebant eaque erat *ἀποχειροτονία*. Hoc vocabulum in illa actione '*καταχειροτονία*' oppositum esse constat (cf. pag. 8), etiam colligi et cognosci potest ex Demosthenis oratione in Midiam (p. 583, 7): *εἰ γὰρ τόθ' ὅτε ἦν προβολή, τὰ πεπραγμένα ἀκούσας ὁ δῆμος ἀπεχειροτόνησε Μειδίου, οὐκ ἂν ὁμοίως ἦν δεινόν:* si populus Midiam absolvisset — Midiam extra culpam esse iudicasset. Quod maior pars censuerat, ratum erat et pronuntiabatur ab epistata. — *Καταχειροτονία* autem non nisi eo valebat, ut actor, quamvis inops atque humilis, populi praeiudicio etiam contra potentissimum adversarium munitus causam suam, quasi publicam et quam universa civitas quodam modo ad se ipsam pertinere iudicasset et suffragio suo probasset, cum certiore vincendi spe in iudicio ageret.

Reliquum est, ut afferatur, quod Harpocration dicit in lexico (pag. 101): *ἔθος ἦν Ἀθήνησι κατὰ τῶν ἀρχόντων καὶ κατὰ τῶν*

συκοφαντῶν προβολὰς ἐν τῷ δήμῳ τίθεσθαι· εἰ δέ τινος καταχειροτονηθείη, οὗτος εἰσήγετο εἰς τὸ δικαστήριον, ἔστι δὲ πολλάκις τοῦνομα παρά τε Δημοσθένει ἐν τῷ κατὰ Μειδίου καὶ Ὑπερίδῃ ἐν τῷ ὑπὲρ Χαιρεφίλου περὶ τοῦ ταρίχους λόγῳ.

Praeter hanc *καταχειροτονίας* significationem aliae locutiones sunt traditae, quibus *καταχειροτονεῖν* usurpatur ut *καταψηφίζεσθαι*, primum apud Demosthenem pag. 350, 27: *οὐδὲ Τιμαγόραν, οὗ θάνατον κατεχειροτόνησε ὁ δῆμος*, quod factum est in illa actione, quam Graeci vocabant *εἰσαγγελίαν*. Item *καταχειροτονεῖν* et *καταψηφίζεσθαι* promiscue usurpantur de iudiciis ut apud Lysiam in epilogo contra Philocratem (§ 2): *πάντας ὑμᾶς ἡγοῦμαι εἰδέναι, ὅτι Ἐργοκλέους διὰ τοῦτο ὑμεῖς θάνατον κατεχειροτονήσατε*, et apud Platonem (Axiochus 368 E): *οἱ δὲ περὶ Θηραμένην καὶ Καλλίξενον τῇ ὑστεραίᾳ προέδρους ἐγκαθέτους ὑφέντες κατεχειροτόνησαν τῶν ἀνδρῶν ἄκριτον θάνατον*, similiter apud Plutarchum (Phocion c. 35) *οἱ πλεῖστοι κατεχειροτόνησαν αὐτῶν θάνατον.*

V. Προχειροτονία et προχειροτονεῖν.

Haec vocabula maxime in controversiam vocantur, quia ex litteris non satis apparet eorum notio.

Plutarchus narrat (Solon c. 19) Solonem lege vetuisse, ne quid, de quo senatus antea consilium non habuisset, ad populum deferretur: *μηδὲν ἀπροβούλευτον εἰς τὴν ἐκκλησίαν φέρειν.* Hoc senatus consultum appellabatur *προβούλευμα* et, ubi a populo comprobatum erat, *ψήφισμα* fiebat, quod significabatur hac formula: *δοκεῖ τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ*, ut apud Demosthenem de corona p. 256 et saepissime in inscriptionibus Graecis. — Senatus autem rogationes quas quis ad eum ferebat, aut plane reicere poterat, quo fiebat, ut illae ne ad populum quidem deferrentur, aut sententiam dicere aut populi arbitrio rem omnino permittere. Recitabatur senatus consultum statim post sacra facta a praecone et deinde *προχειροτονίαν* hoc modo factam esse affirmant plerique scriptorum rerum antiquarum ut Hermannus, Schoemannus, Gilbertus aliique (in eis libris, quos infra attuli).

Recitato senatus consulto rogabatur a proedris populus, videreturne senatus consulto acquiescendum an sibi ipsi quoque de rebus propositis ulterius deliberandum esse. Voluntatem suam

populus porrigendis manibus declarabat idque *προχειροτονεῖν* dicebatur. Hanc *προχειροτονίας* vim illi duxerunt ab Harpocrationis annotatione ad '*προχειροτονίαν*' facta (Harpocrationis lexicon p. 156): *προχειροτονία ἔοικεν Ἀθήνησι τοιοῦτό τι γίγνεσθαι· ὁπόταν τῆς βουλῆς προβουλευσάσης εἰσφέρηται εἰς τὸν δῆμον ἡ γνώμη, πρότερον γίγνεται χειροτονία ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, πότερον δοκεῖ περὶ τῶν προβουλευθέντων σκέψασθαι τὸν δῆμον ἢ ἀρκεῖ τὸ προβούλευμα· ταῦτα δ' ὑποσημαίνεται ἐν τῷ Λυσίου πρὸς τὴν Μιξιδήμου γραφήν.* —

Huc addemus illos locos, quibus de '*προχειροτονία*' mentio fit. Utitur illo verbo Demosthenes in oratione adversus Timocratem, ubi dicit (p. 703, 13): *μετὰ ταῦτ' ἐμήνυσεν Εὐκτήμων ἔχειν Ἀρχέβιον καὶ Λυσιθείδην τριηραρχήσαντας χρήματα Ναυκρατικά, τίμημα τάλαντα ἐννέα καὶ τριάκοντα μνᾶς· προσῆλθε τῇ βουλῇ, προβούλευμα ἐγράφη· μετὰ ταῦτα γενομένης ἐκκλησίας προυχειροτόνησεν ὁ δῆμος· ἀναστὰς Εὐκτήμων ἔλεγεν ἄλλα τε πολλὰ καὶ διεξῆλθε κ. τ. λ.* Euctemon hoc loco accusatoris partes obtinet, senatus autem accusationem comprobaverat per '*προβούλευμα*'. — Plebiscito enim '*ζητηταί*' instituti erant, ad quos indicia deferrentur contra eos, qui rem publicam pecunia fraudassent. Euctemon tale indicium fecerat et populo ad concilium convocato de hac re agebatur. Quid sit '*προυχειροτόνησεν ὁ δῆμος*', posterius explicare conabor.

Magnam difficultatem affert vetus illa lex ab Aeschine tradita, in qua *προχειροτονία* de sacris et externis rebus commemoratur. Apud Aeschinem proedri ipsi, qui populum rogant, *προχειροτονεῖν* dicuntur, in oratione adversus Timarchum § 23. Verba eius sunt: *καὶ πῶς κελεύει (ὁ νόμος) τοὺς προέδρους χρηματίζειν; ἐπειδὰν τὸ καθάρσιον περιενεχθῇ καὶ ὁ κῆρυξ τὰς πατρίους εὐχὰς εὔξηται, προχειροτονεῖν κελεύει τοὺς προέδρους περὶ ἱερῶν τῶν πατρίων καὶ κήρυξι καὶ πρεσβείαις καὶ ὁσίων· καὶ μετὰ ταῦτα ἐπερωτᾷ ὁ κῆρυξ· τίς ἀγορεύειν βούλεται τῶν ὑπὲρ πεντήκοντα ἔτη γεγονότων· ἐπειδὰν δὲ οὗτοι πάντες εἴπωσι, τότ' ἤδη κελεύει λέγειν τῶν ἄλλων Ἀθηναίων τὸν βουλόμενον οἷς ἔξεστι.* Statim igitur post sacra peracta a proedris '*προχειροτονία*' habenda erat de sacris et externis rebus. Quomodo autem hoc factum sit, non dicitur. Nam a verbis '*καὶ μετὰ ταῦτα ἐπερωτᾷ ὁ κῆρυξ*' *προχειροτονία* iam peracta videtur et incipit propria ecclesiae actio. Aristoteles *προχειροτονίαν* commemorat, ubi disserit de quingentorum consilio. Sed quae dicit, non valent ad illustrandam istius verbi notionem. In capite enim de quattuor

illis contionibus iustis legimus (*πολιτ.* 43, 6): *αἱ δὲ δύο (ἐκκλησίαι) περὶ τῶν ἄλλων εἰσίν, ἐν αἷς κελεύουσιν οἱ νόμοι τρία μὲν ἱερῶν χρηματίζειν, τρία δ' ὁσίων, τρία δὲ κήρυξι καὶ πρεσβείαις· χρηματίζουσιν δ' ἐνίοτε ἄνευ προχειροτονίας.*

Iam autem afferemus, quae quidam scriptores rerum antiquarum de '*προχειροτονία*' dixerunt. Ut iam supra commemoravimus, Schoemannus (Griech. Altertümer I, 409) dicit *προχειροτονίαν* esse habitam de senatus consulto, quod appellabatur *προβούλευμα*. Rogabatur enim populus a proedris, videreturne senatus consulto acquiescendum an sibi ipsi quoque de rebus propositis ulterius deliberandum esse. Quamobrem, inquit, *προχειροτονία* summi erat momenti. Nam si illud populo videbatur senatus consulto esse acquiescendum, rogatio ipsa sine ulla disceptatione iuste accepta erat. Idem affirmant Gilbertus, Hermannus aliique plerique, ne dicam omnes, qui ante Harteli tempora de illa re scripserunt. At magnam contentionem movit Hartelius, cum secundo libro de Demosthenis studiis (vide pag. 30, No. 14) hanc sententiam argumentis confirmare conaretur: legationibus externis inducendis primum senatui ab ecclesia mandandum fuisse, ut de illorum postulationibus '*προβούλευμα*' ad populum deferret. In libro autem, quem de Atticorum iure publico et litterarum monumentis edidit (1878), studebat ostendere de omnibus rebus, quae ad populum deferendae essent, antea a populo senatui mandatum esse, ut *προβούλευμα* scriberet, et hanc rem '*προχειροτονίαν*' esse appellatam. Coniecerat igitur ille duplicem lectionem. Sed haec sententia, quam iam Gilbertus (Jahrb. 179, p. 225) refellit, vana est neque argumentis confirmanda. — Porro Hoeckius (Jahrb. 1880, S. 80) existimat '*προχειροτονίαν*' id esse intellegendum, ut temporibus necessariis ipsius ecclesiae actioni praerogatio antecesserit de sacris et externis rebus, qua effectum sit, ut res quaedam in praesenti ecclesia aut in sequente decernendae fuerint. Hanc sententiam collegit ex illis Aeschinis verbis, quae supra (p. 26) attulimus. Ad hunc postea redibimus.

Praeterea Wilamowitz-Moellendorfius scripsit de '*προχειροτονία*' (vide pag. 30, No. 17). Putat illa prohibitum esse, ne — servato ordine a senatu constituto — eae res, quae post tres illos ordines trium illorum generum, quae ab Aristotele et ab Aeschine dicta sunt — *τρία μὲν ἱερῶν χρηματίζειν, τρία δὲ κήρυξι καὶ πρε-*

σβείαις, τρία δ' ὁσίων · in programmate scriptae essent, iniudicatae relinquerentur. Ne hoc fieret, disceptationem de ordine rerum, de quibus ageretur, institutam esse et populum praeiudicio — id est per προχειροτονίαν — ipsum numerorum ordinem elegisse. Haec opinio refutata est a Lipsio, qui his temporibus de προχειροτονία scripsit (vide pag. 30, No. 18). Idem aspernatur illam Hoeckii sententiam (pag. 27), quam brevi Aristotelis annotatione — χρηματίζουσι δ' ἐνίοτε ἄνευ προχειροτονίας — dilui dicit. Sed mea quidem sententia istis verbis tanta vis non inest, quibus, ut Lipsius ipse ait, nullo modo edocemur, de quibus rebus haec προχειροτονία sit facta. Quae verba Aristotelis respiciens Thumserus Hoeckii sententiam ita immutavit, ut diceret per 'προχειροτονίαν', priusquam disceptatio facta esset, a populo praerogationem esse diiudicatam, num de sacris et externis rebus agendum esset, quae legitime non essent praeparatae neque in programmate scriptae. — Contra ea, ait Lipsius, satis est dicere, in oratione contra Timocratem 'προχειροτονίας' commemorationem, si haec res ita esset, supervacaneam esse, quandoquidem de Euctemonis indicio προβούλευμα scriptum erat. Neque vero ad Thumseri interpretationem verba Demosthenis pertinere mihi quidem videntur. Nam in extrema quaestione Lipsius ipse recte dicit: qui has res tractet, rectissime eum proficisci ab illo προχειροτονίας usu, quem iam quinto saeculo fuisse constet: εἰ δοκεῖ τὸ ὄστρακον εἰσφέρειν. Affert enim ex lexico Cantabrigiensi (sub ὀστρακισμοῦ τρόπος) testimonium Philochori, qui dicit: προυχειροτόνει μὲν ὁ δῆμος πρὸ τῆς ὀγδόης πρυτανείας, εἰ δοκεῖ τὸ ὄστρακον εἰσφέρειν· ὅτε δὲ δοκεῖ, ἐφράσσετο σανίσιν ἡ ἀγορά κ. τ. λ., de qua re Aristoteles utitur nomine ἐπιχειροτονία (43, 6 πολιτ.). —

Huc pertinent Demosthenis verba 'μετὰ ταῦτα γενομένης ἐκκλησίας προυχειροτόνησεν ὁ δῆμος'. Plebiscito enim recuperatores — ζητηταί — instituti erant, ad quos indicia deferrentur contra eos, qui rempublicam pecunia fraudassent. Euctemon tale indicium detulerat, προβούλευμα scriptum est populusque contione advocata προυχειροτόνησεν scil. de Euctemonis delato indicio; et tota illa actio, quam Demosthenes in oratione contra Timocratem commemorat, προχειροτονία est, incipiens a verbis: ἀναστὰς Εὐκτήμων ἔλεγ' ἄλλα τε πολλὰ κ. τ. λ. (pag. 703, 17), id quod apparet etiam e verbis sequentibus: ταῦτ' ἀκουσάντων ὑμῶν ἔδωκε γνώμην Εὐκτή-

μων ὡς δυνατὸν δικαιοτάτην ὑμᾶς μὲν εἰσπράττειν τοὺς τριηράρχους, ἐκείνοις δ' εἶναι περὶ αὐτῶν εἰς τοὺς ἔχοντας ἀναφοράν . . . . γράφονται τὸ ψήφισμα — εἰς ὑμᾶς (sc. *εἰς δικαστὰς εἰσῆλθεν κ. τ. λ.*) Hanc rem se ita habere Lipsius negat. Dicit autem *προχειροτονίαν* esse factam de hac re, num deliberandum et decernendum esset de aliqua re. Sed mea quidem sententia id, quod *προχειροτονίαν* esse Lipsius putat, latius patet quam ut quis istius vocabuli notionem plane intellegere possit. Ac mihi quidem videtur non licere omnes eos locos, quibus *προχειροτονία* nomen dicitur, sub uno aspectu ponere et in unum sensum redigere. Neque enim una sola notio nomini '*προχειροτονία*' subiecta est, sed aliis locis aliter usurpatur. Itaque huius vocabuli vis in istis locis perspicua fit: apud Aeschinem *προχειροτονία* habetur de sacris et externis rebus, quo loco *προχειροτονία* significat: *προτέρα χειροτονία,* et apud Demosthenem populus de hac re, *προυχειροτόνησεν,* quomodo consuleretur in eos, qui pecuniam publicam avertissent. Sed Harpocrationis etiam testimonium, quod repudiandum esse Hartelius, Wilamowitzius Lipsiusque putabant, accipi potest cum documenta non exstent, quibus illud refelli possit. Etiam multi eorum, qui his temporibus illam rem tractant, Harpocrationem auctorem sequuntur, ut imprimis Iwanus von Mueller, qui in scholis, quas de Graecorum rebus publicis habuit (Monachii, Wintersemester 1896/97) docuit: si a senatu *προβούλευμα* scriptum erat, initio contionis de hac re suffragia ferebantur, utrum populus illo contentus esset an disceptationem esse vellet: *προχειροτονία* est suffragiorum latio, quae est de praerogatione, id est „Vorfrage".

Ad extremum denique commemorandum est Platonem vocabulo '*προχειροτονεῖν*' uti in duobus locis, ubi significat: ante creare: Leg. VI, 765 B. *ὃς δ' ἂν εἷς ἐκ προχειροτονηθέντων δέκα λάχῃ δοκιμασθεὶς τὸν ἐνιαυτὸν τῶν χορῶν ἀρχέτω* . . et 765 C: *τῶν προχειροτονηθέντων μὲν εἴκοσιν.* —

Literatur.

1. Blass: Demosthenis orationes ex rec. Dindorfii. 1886.
2. Blass: Aristotelis *πολιτεία 'Αθηναίων'* 1892.
3. Blass: Die attische Beredsamkeit, 2. Auflage 1893.
4. Busolt: Die griechischen Staats- und Rechtsaltertümer in Iwan von Müller's Handbuch, 2. Auflage 1892.
5. Gilbert: Handbuch der griechischen Staatsaltertümer I, 2. Auflage 1893.
6. Hermann: Lehrbuch der griechischen Staatsaltertümer, 6. Auflage, II. Abteilung 1892.
7. Schoemann: Griechische Altertümer, Bd. I, 4. Auflage v. Lipsius 1897.
8. Schoemann: De comitiis Atheniensium. Greifswald 1819.
9. Meier-Schoemann: Der attische Prozeß, neu bearbeitet v. Lipsius 1883—1887.
10. Busolt: Griechische Geschichte, Band III 1897, Band IV 1904.
11. Fränkel: Die attischen Geschworenen-Gerichte, Berlin 1877.
12. Gantzer: Verfassungs- und Gesetzrevision in Athen von 411 bis Euklides. Inaugural-Dissertation, Halle 1894.
13. Philologus 1847, pag. 603.
14. Hartel: Demosthenische Studien, II. Teil, in den Sitzungs-Berichten der k. k. Akademie der Wissenschaften in Wien 1877/78, pag. 413 sq.
15. Westermann in den Abhandlungen der k. sächsischen Gesellschaft der Wissenschaften II. 1850, pag. 3 sq.
16. Schoell: Über attische Gesetzgebung in den Sitzungsberichten der philologisch-historischen Klasse der k. bayerischen Akademie der Wissenschaften 1886, pag. 95 sq.
17. Von Wilamowitz-Moellendorff: Aristoteles und Athen II, über *προχειροτονία* pag. 252 sq.
18. Lipsius: Leipziger Studien XVII. Band, II. Heft, pag. 410.
19. Gilbert in den neuen Jahrbüchern für klassische Philologie von Fleckeisen 1879 pag. 225, 1880 pag. 529.
20. Hoeck in denselben Jahrbüchern 1880, pag. 801.
21. Drerup in denselben Jahrbüchern, 24. Supplementband 1898, pag. 248 sq. Ueber die bei den Attischen Rednern eingelegten Urkunden.
22. Pauly-Wissowa: Real-Encyclopaedie der klassischen Altertums-Wissenschaften, Band I 1894, Band V/1 1904.
23. Thesaurus linguae Graecae constructus a Stephano, sub *ἀποδια-, ἐπι-, κατα- χειροτονία* et — *χειροτονέω*.
24. Dittenberger, Sylloge Inscriptionum Graecarum. 2. Aufl. 1898—1900.

Lebenslauf.

Ich Michael Rost, geboren zu Frickenhausen, Bezirksamt Ochsenfurt in Bayern, am 11. Juni 1877 als Sohn des Lehrers Georg Rost, zur Zeit in Laudenbach bei Karlstadt a. M., besuchte vom Jahre 1888 bis 1889 die Lateinschule in Lohr, von 1889 an das Kgl. neue Gymnasium zu Würzburg, wo ich 1896 das Reifezeugnis erhielt. Ich widmete mich hierauf dem Studium der klassischen Philologie, hörte zuerst 4 Semester an der Universität München, dann 2 Semester an der Universität Würzburg Vorlesungen hauptsächlich aus dem Gebiete der klassischen Philologie und Geschichte und unterzog mich im Jahre 1899 dem I. Abschnitt des philologischen Examens. Nach zwei weiteren Semestern, in denen ich mich in Würzburg auf das Studium der Archäologie, Philosophie und Pädagogik verlegte, bestand ich den II. Abschnitt der philologischen Staatsprüfung. Vom November 1900 bis Juli 1901 machte ich den pädagogisch-didaktischen Kurs am Alten Gymnasium in Regensburg durch und wurde, nachdem ich vom Herbst 1901 bis Herbst 1902 in Würzburg meiner Militärpflicht als Einjährig-Freiwilliger genügt hatte, am 1. Oktober 1902 dem Gymnasium in Bayreuth als Assistent beigegeben, von wo im August 1903 meine Versetzung an das Kgl. Luitpoldgymnasium in München erfolgte.

In dankbarer Gesinnung gedenke ich als meiner Lehrer der Professoren von Müller, von Christ, von Woelfflin, Munker in München, Graßberger †, M. von Schanz, Brenner in Würzburg, Dr. Bulle in Erlangen.